

Omnipotens eterne Deus, Pater D. N. I. C. ora-  
mus suppliciter, ut inter nos & ex nobis tibi eternā  
Ecclesiam colligas, politias, hospitia Ecclesie tuae &  
magistratus, in primis nostrum Inclitum Electro-  
rem cum uniuerso stemmate conserues, pios docto-  
res protegas, & ut nauiculam tuam fluctibus sa-  
uissimis undiquaq; quassatam, tue Ecclesie ceterum  
tenerum & exiguum sanguine Filij tui consper-  
sum, ablutum, redemptum, tuas scholas, in quibus  
adhuc sonat vox Euangely, & superest puritas  
doctrinae, quam per Lutherum organum tuum  
electissimum nobis restituiti, & contra Portas in-  
ferorum, & contra fanaticos spiritus omnes ha-  
ctenus diuina virtute asseruisti & tutatus es, do-  
ceas ipse, regas & regas, ducas, defendas, conser-  
ues, & non sinas deleri puritatem doctrinae tuae,  
sed pectora nostra, Principum, magistratus, do-  
ctorum, Praceptorum, Discipulorum, condisci-  
pulorum, ciuium, & ad amorem ardentem Ver-  
bi tui, & ad veram curam & celebrationem di-  
uini nominis tui, & ad studium Veritatis, & il-  
lustrationis gloriae tuae, & ad firmam fiduciam in  
te & Verbi tui propugnaculo & aggere inuicto  
collocandam, deniq; ad veram pietatem, & piam  
atq; salutarem concordiam propter nomen tuum,  
& Verbi tui puritatem & fructum flectas, ut simus  
& maneamus unum in te ad tuam gloriam, &  
ad nostram salutem. Deus, auribus nostris au-  
diuimus, patres nostri annuntiauerunt nobis opus,  
quod